

9

Ὁ Καστελλάνος ρέκτωρ Κυθήρων τοῦ λοιποῦ δὲν θὰ ἐκλέγεται ἐν Βενετία, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς διοικήσεως Κρήτης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸ παρελθόν. Πρὸς τοῦτο διατάσσεται ἡ διοίκησις Κρήτης νὰ ἀποστείλῃ ρέκτορα ἢ καστελλάνον εἰς Κύθηρα. Ἀκολουθοῦσιν αἱ ὁδηγίαι διὰ τὴν ἐκλογὴν τοῦ προσώπου καὶ τὴν μισθοδοσίαν του. Αἱ ἐφέσεις τῶν ἀποφάσεων θὰ ἐφεσιβάλλονται ἐν Κρήτῃ. 1393, Ἰουνίου 3.

F^o 65^r

Millesimo trecentesimo LXXXIII, die IIJ^o Junij.

1

Quia, considerata conditione insule nostre Cederici, non est opus ut dominatio nostra habeat laborem in mittendo rectorem de Venecijs ad dictam insulam, sed bonum et commodum fidelium nostrorum insule predictae, multis modis, et causis est, quod mittatur rector ad dictum locum per regimen nostrum Crete, sed quod consuetum erat mittere et seruare in temporibus elapsis; uadit pars, quod scribatur et mandetur regimini nostro Crete, quod decetero debeat prouidere de rectore siue castellano mittendo ad dictam insulam Cederici. Verum ut mittatur persona sufficiens et bona debeat rector mittendus esse de nostris nobilibus, nostri Maioris Consilij, qui eligatur per collegium Crete deputatum ad eligendum supracomitos nostros Culphy et sit cum illo salario, modis et conditionibus quibus erat ille, qui mittebatur ante quam mitteremus rectorem nostrum de Venecijs, et addantur ei yperpera quinquaginta de pluri de salario ut reperiatur persona sufficiens. Et ut fideles nostri predictae insule non grauentur ultra debitum rationis, ordinetur quod si aliquis uoluerit se conqueri de aliqua sententia, seu actu facto per castellanum, qui erit per tempora, habeat recursum ad regimen nostrum Crete, per quod audiantur et expediantur eorum querele, sicut audiunt et diffiniunt alias querelas sibi commissas. Et similiter seruetur pro rectore nostro, quem misimus de Venecijs, si aliquis de eo uoluerit conqueri, quod habeat recursum ad regimen nostrum Crete, sicut superius dictum est.

5

10

15

20

10

Συμπλήρωσις τῆς ὑπ' ἀριθ. 7 ἀποφάσεως περὶ ἐφέσεων τῶν ἀποφάσεων τοῦ καστελλάνου Κυθήρων τῆς 29 Μαρτίου 1390. 1393, Ἰουλίου 13.

F^o 65^{to}

Millesimo trecentesimo LXXXIII, Indictione prima, die XIIJ^o mensis Julij.

1

Capta.—Quod addatur parti capte in Maiori Consilio die XXVIII Maij 1390 pro castellano Cederici, ut debeat stare in Candida per unum mensem, ad hoc, quod si aliqui uolent conqueri de eo pro sententijs et terminationibus, que late forent per eum, que possint et debeant audiri per Ducam et consiliarios Crete etc. Quod similiter committatur dictis Duche et consiliarijs, quod debeant audire omnes illos qui uolent conqueri de dicto castellano, de condemnationibus pecuniarijs factis per eum, et super eis facere et terminare pro ut, eis uel maiori parti eorum

5



- uidebitur esse justum. Non possendo dictum castellanum retineri in Candida ultra
 10 unum mensem cum dimidio occasionibus suprascriptis, habendo salarium suum
 pro illo mense cum dimidio, sicut in illa parte distinctius continetur.

11

Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Γουλιέλμον Κουερίνον νὰ ἀναλάβῃ τὴν διοίκησιν, ὡς δούξ Κρήτης, παρὰ τὴν
 συγγένειάν του μετὰ τοῦ Παύλου Κουερίνου, ρέκτορος Ρεθύμνου. Ὡς γνωστὸν δὲν ἐπετρέπετο
 ὁ Δούξ νὰ συγγενεύῃ μετὰ τῶν ρεκτόρων τῆς Κρήτης. Ὁ Παῦλος Κουερίνης ὁμως ἐπρόκειτο νὰ
 φύγῃ διότι ἔληγε ἡ θητεία του. 1397, Ἰουλίου 5.

F^o 95^r Millesimo trecentesimo LXXXVII, die v Julij.

- Capta. Cum uir nobilis ser Guilielmus Quirino sit iturus de nostro mandato
 Ducha Crete, et uir nobilis ser Paulus Quirino sit ad presens rector Rethimi, et
 quia de aliqua consuetudine et etiam per terminationem ducalis Dominij serua-
 5 tum sit, quod nec Ducha Crete, nec consiliarij possint esse de una domo cum
 alijs rectoribus insule, et ipse ser Guilielmus sit pro intrando regimine, ante com-
 plementum regiminis dicti ser Pauli Quirino, quia ser Franchus Chauchos suc-
 cessor suus non est iturus directe Rethimum, sed est pro eundo primo in Can-
 didam pro aliquibus suis negocijs; uadit pars quod ipse ser Guilielmus possit et
 10 debeat intrare regimen suum predictum statim cum applicuerit Candidam, non
 obstante quod idem ser Paulus nondum exiuerit de Regimine.

12

Εἰς τὰς συνεδριάσεις τοῦ δούκους καὶ τῶν συμβούλων, παρατηρήθη ὅτι πολλάκις κοινομένου ἐνὸς
 τῶν τριῶν συνεδριάζουσιν οἱ ἄλλοι δύο. Ἐπειδὴ τοῦτο ἀντίκειται εἰς τὴν ἀξιοπρέπειαν τοῦ Συμ-
 βουλίου, ἀποφασίζεται, ὅπως ἐὰν ἡ ἀπουσία ἐνὸς τῶν τριῶν ἤθελε παραταθῇ πέραν τῶν ὀκτὼ
 ἡμερῶν, νὰ ἐκλέγηται διὰ κλήρου, ὡς ἀντικαταστάτης, εἰς τῶν ταμιῶν. Ἐὰν ἀπουσιάσῃ ὁ δούξ,
 ἀντικαταστάτης αὐτοῦ θὰ εἶναι ὁ ἀρχαιότερος τῶν συμβούλων. 1398, Δεκεμβρίου 29.

F^o 100^r Millesimo trecentesimo LXXXVIII, die XXVIII Decembris.

- Capta. Cum aliquando occurrat, quod ducha noster Crete seu consiliarij, uel
 propter infirmitatem uel aliam causam non sedeant omnes tres ad bancham, et
 duo eorum exerceant regimen, et considerato quanto ponderis est dictum regi-
 5 men, necessarium sit prouidere quod stet semper fulcitum in numero constituto
 per terram; uadit pars quod si Ducha Crete, uel aliquis ex consiliarijs steterit,
 uel propter infirmitatem, uel aliam causam, quod non ueniat ad exercendum regi-
 men per octo dies continuos, quod statim debeat prohiberi unus ex camerarijs per
 texeram ut mittet ad regimen; ita quod semper sint ibi tres sicut esse debent, et
 10 quando aliquis camerarius intraret, quia ducha deficeret, quod maior consiliarius

